



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XII. Quod qui voluerint poenitentiam agere, prius tondeantur, vt habitum mutent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

id a sancto Concilio iubetur, vt secundum formam Canonum antiquorum dentur pœnitentiæ, hoc est, vt prius eum, quem sui pœnitet facti, a communione suspensum, faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impositionem crebro recurrere; expleto autem satisfactionis tempore, sicuti sacerdotalis contemplatio probauerit, eum communioni restituat. Hi vero qui ad * priora vitia, vel infra pœnitentiæ tempus, vel post reconciliationem relabuntur, secundum priorum Canonum seueritatem damnentur.

ANNO
CHRISTI
529.Iuo p. 15.
cap. 19.

XII. Quicumque ab episcopo vel a presbytero, sanus, vel infirmus, pœnitentiam postulat, id ante omnia episcopus obseruet, vel presbyter, vt si vir est, siue sanus, siue infirmus, prius eum * tondeat, & sic pœnitentiam ei tradat: si vero mulier fuerit, non accipiat pœnitentiam, nisi prius * mutauerit habitum: sæpius enim laicis tribuendo desidiose pœnitentiam, ad lamentanda rursus facinora post acceptam pœnitentiam relabuntur.

* tōdē,
aut in o-
nere d-
ciliis
habere
mutare
faciunt.
* aut ro-
lata fa-
rit, ut
mut.xi. quest.
1. Inolita
præsum-
ptio.

XIII. Diuturna indisciplina, & licentiæ inolita præsumptio vsque eo in illicitis ausibus aditum patefecit, vt clerici conclericos, suo * neglecto pontifice, ad iudicia publica pertrahant: proinde statuimus hoc de cetero non præsumi: sed si quis hoc facere præsumperit, & causam perdat, & a communionem efficiatur extraneus.

* relido

XIV.

Suggerente Concilio, id gloriosissimus dominus